

Christ-eyfriger Seelen-Wecker/ Oder Lehrreiche Predigen

...

... Quadragesimale, Oder ... Predigen/ Deren auf Jeden Sonntag ... zwey
eingerichtet ... Zwyter Theil

Barcia y Zambrana, José de

Augspurg, 1719

Remissiones Ad Excitatorem Christianum Post concionem. 26.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76484](#)

(2) (4) (2)

REMISSIONES,

AD

EXCITATOREM CHRISTIANUM

Post concionem. 26.

1. *Sequebatur eum multitudo magna. Joan. 6,*
Quare sequuntur? Páud. Vinc. Ferr. aliqui
propter cibum: nonnulli ex curiositate: alii
propter injuriam quidam amore salutis, alii ex
puro amore Iesu. Non sufficit, quod opus ex
se bonum sit, etiam finem bonum esse ope-
ret. serm. 25. De bonis operibus.
2. *ALIUS SERMO: Sequebatur. Ad quid col-*
limat? ex qua causa hunc statum vel officium
adisti? propter falsum, & injustum finem.
Serm. 27. de flatibus. Serm. 39. de damnis, quae
sequuntur, si quis errat in electione statu vel
officii.
3. *ALIUS SERMO: Sequebatur eum. Illis ne-*
cessaria non deficient, qui Dominum sequun-
tur, obediunt, & urbem peccati derelinquunt.
Ierm. 58. De proxima occlesiaone.
4. *ALIUS SERMO: Sequebatur eum. Qui*
sibi panem gloriae vult assecutare, se-
quebatur Iesum per imitationem sanctissimae
luz vite.
5. *ALIUS SERMO: Sequebatur eum. Per tres*
dies continuos, & propterea plene fuerunt
saturati. Quid sperandum illi, qui modo
Christianum sequitur, modo tergum vertit. ser.
60. de relapsis.
6. *ALIUS SERMO: Sequebatur eum. Tribus*
diebus, dolore confessione, & satisfactione
præparare se debet, qui panem gloriae man-
ducere desiderat. serm. 55. De Confessione.
7. *ALIUS SERMO: Sequebatur eum. Non*
mundus, non diabolus, non caro, qui aliud
non tribuant, quam onera & miseras, ac in
periculum interitus præcipitant. serm. 14. De
fłuminibus Babylonia. Vide serm. 49. de falsa
ipse.
8. *ALIUS SERMO Unde ememus panem? Qua-*
re non creat hunc de novo? Fabr. quia no-
stram cooperationem petit. Videamus igitur;
quid tua parte conuertis desideratam gloriam
imperandi? serm. 54. De probationibus ad
gloriam.
9. *ALIUS SERMO Unde ememus panes? O*
quanto interrogant diabolum, quasi nulla
providentia Dei foret, seuerentur & obtem-
perarent. serm. 58. De proxima occasione.
10. *ALIUS SERMO. Est puer unus hic, qui*
babet quinque panes. Palud. Quinque sunt par-
tes Pœnitentia: contritio, confessio, jeju-
nium, oratio, & eleemosyna. serm. 55. de
Barzla Quadrag. 11. Thell.
11. *ALIUS SERMO: Quinque panes Pallud.*
Quinque verba sunt: credere, vita, operare, ri-
me, petere. Crede in Deum, vita sclera, ope-
ratre bonum, time peccatum, pete remuneratio-
nem. serm. 62. De quinque mediis conservan-
di gratiam.
12. *ALIUS SERMO: Quinque panis. Antonius*
de Pad. Contritio propter omissa, pudor pro-
pter admissa, timor Judicis, Zelus Pœnitentia.
Vide Registrum. V. Omissio, timor panis, con-
trito. Judicium, infernus, pœnitentia.
13. *ALIUS SERMO: Quinque panis. Vincent.*
Ferr. 1. Corporis. 2. Pœnitentia. 3. Sacramen-
ti. 4. Doctrinae. 5. Celi. Vide utrum his pa-
nibus per divinam benedictionem sis provi-
sus. Vide in Indice V. Eleemosyna pœnitentia,
communio.
14. *ALIUS SERMO: Et duos pisces. Adam de*
Perse. Duos pisces, atripe spem & timorem,
Christianus non debet sperare sine timore,
nec timere sine spe serm. 10. de spe temetaria.
15. *ALIUS SERMO. Et duos pisces. Timorem*
& spem, hos duos pisces ex mundo pelago ex-
trahe, ut neque confidas mundo, neque cum
timeas. serm. 49. de vanis spebis peccatoris.
16. *ALIUS SERMO: Duos pisces. Vinc. Ferr.*
duo pisces sunt exemplaria Sanctorum, ser-
viant tibi ad imitationem, & erunt advocati
tui: aliás verò accusatores tui in Judicio. ser.
45. De virtutis Sanctorum.
17. *ALIUS SERMO. Sed hæc quid sunt inter*
tantos? Pal. In Matth. 14. Tantus est homo,
ut ipsum Iohannes Deus satiare possit. serm. 2. de
præcellentia animæ. serm. 3. De fine ultimo
hominit.
18. *ALIUS SERMO. Facite hominis discumbere*
Palud. Hoc est in ordine sedere, quando ordo
in rebus, non deficit panis. Non verò ordo
in vestibus. serm. 41. Nullus ordo in Eleemo-
syna, serm. 41. Propterea est panis.
19. *ALIUS SERMO. Erat autem fænum mul-*
tum in loco. Fænum est imbecillitas vite. Ad-
vertis hoc, noli confudas, ne incidas in pec-
catum. serm. 15. De miseris vite.
20. *ALIUS SERMO. Erat fænum. Imai. 40. Om-*
nis caro fænum. Qui desiderat panem vite,
suppetnat carnem. Si vero fænum, hoc est,
carno regna: serm. 2. De anima. & serm. 24.

E.F.

21. Ali-

Remissiones.

21. ALIUS SERMO. *Erat scenum multum. Pa-*
lud, multa peccata leviora sunt multum se-
num. Magna cura opus est hoc scenum in-
venientidi, cuius sequela timenda. serm. 43.
Consequentia in se ipsis.
22. ALIUS SERMO. *Discubauerunt ergo viri.*
Quare non firmatio de mulieribus & infan-
tibus? Fabr. qu. 7. quia mulieres & infantes
ad viros spectant. serm. 55. Obligatio Patrum
familia. Vide serm. 39. 70. 41. 28. Vide Pa-
rentes.
23. ALIUS SERMO. *Distribuit discubentibus.*
Per Apostolos, & secundum eorum petitum
multiplicabantur panes O Sacerdotes! serm.
27. serm. 34. 37. Vide V. Sacerdos.
24. ALIUS SERMO. *Similiter & de piscibus.*
Frustum panis, & mortui piscis. Piscis mori-
tur absque voce, & admonet se, quod etiam
tu sine voce mori possis. Non dilata ergo
poenitentiam. serm. 7. 8. 9. 15.
25. ALIUS SERMO. *Discubuerunt. Quilibet*
in suo competenti loco & ordine. Attenda-
quisvis suatu obligationem, & non exquirat
vitam sui proximi. serm. 23. §. 9. serm. 62.
§. 3. serm. 63. §. in fine.
26. ALIUS SERMO. *Discubuerunt. Quisvis in*
suo loco, sine alterius impedimento. Obser-
vet igitur quilibet suum statum, ut divinam
benedictionem mereatur. serm. 27. De di-
versis statibus.
27. ALIUS SERMO. *Colligate, qua superaverant*
fragmenta. Quivis Christianus certò credat,
quod illud crescat & augeatur; quod amore
Dei pauperibus distribuitur. Vide V. Elec-
mosyna.
28. ALIUS SERMO. *Colligete. Bernardus fer.*
52. in cantica obligamus etiam minima bene-
ficia Dei non obliuisci. serm. 20. 21. 23. de
beneficiis. serm. 83. 84. 85. de gratitudi-
ne.

Remissiones ad Excitatem Christianum. Post 28. Concionem.

1. *Prateriens Jesus vidit hominem cæcum. Iohann.*
9. Judæi lapidare volebant Christum, ipse
verò exibat è templo, & visum reddebat co-
lo. Cyrill. Judæorum delictum salus est gen-
tibus. Judæi subtraxit fidem, & nos in ti-
more hæcere linit serm. 40. De periculo fidei.
2. ALIUS SERMO. *Prateriens Jesus. Cùm*
injuriis repletus esset, misericordiam exhibuit.
Quis non gratus sit? serm. 1. serm. 21. serm.
52. de misericordia.
3. ALIUS SERMO. *Vidit hominem cæcum.*
Deus homini oculos dedit, & aptum fecit ipsi-
sum semper intuendi, peccate verò excæcant
ipsum. serm. 2. De ultimo fine hominis.
4. ALIUS SERMO. *Hominem cæcum. Chry-*
sost. Vidit hominem, ut peccata non videret.
Prius cum ut hominem inuitus, quam cæ-
cum, aspergit misericordiam & non peccatum pro-
ter commiserationem. serm. 52. de misericor-
dia. serm. 22. §. 6. in iudicio verò contra-
rium.
5. ALIUS SERMO. *Hominem cæcum. Palud.*
Cæcus sit propter tumorem ambitionis & su-
perbia. Homo excæcatur pulvere & terra
avaritia, & igno luxuria. serm. 14. De flumi-
nibus Babylonia.
6. ALIUS SERMO. *Hominem cæcum. Impu-*
rus obsufcat leplum, cum oculos suos calan-
tica excusationum occultat solvanus texu-
ram hujus, & vinculi. serm. 58. De proximi-
occasione, & excusationibus.
7. ALIUS SERMO. *Hominem cæcum: Non*
vidit mysterium prædestinationis & gratia.
Ut manifestentur opera Dei in illo serm. 32.
de occultis providentis. serm. 33. de occultis
beneficijs.
8. ALIUS SERMO. *Hominem cæcum. Qui*
in tenebris locis habitat, cæcus fit. Anton.
de Padua. Quidam excæcantur longa consue-
tudine peccatorum. serm. 11. de malis con-
suetudinibus.
9. ALIUS SERMO. *Hominem cæcum. Vincen-*
tus Ferrer. Quivis in peccato gravi existens cæ-
cus est, quia periculum non cernit, in quo ex
improviso in Barathrum Gehenna cadet. ser.
4. serm. 5. serm. 29. de inferno.
10. ALIUS SERMO. *Qui peccavit? Hic an*
parentes ejus? 1. cor. 4. Nolite ante tempus
judicare. Tempus definitum habet DEUS
demonstrandi suam providentiam. Misera-
non semper oriuntur ex peccatis. serm. 32.
de occulis providentis.
11. ALIUS SERMO. *Quis peccavit, ut ce-*
cus nasceretur? ordinarie derivant communi-
nes calamitates ex peccatis. Vide serm. 46,
usque à 77. de diversis causis misericordiarum.
12. ALIUS SERMO. *Hic, aut parentes ejus?*
Theoph. Non appetat simplex hac quæsio.
Quia filii propter parentum peccata multa
panis castigantur. serm. 35. de parentibus.
13. ALIUS SERMO. *Me opportet operari,*
donec dies est, ut instruat christianum, quod
nullum diem elabi patiatur, & negotium sur-
salutis procrastinet. serm. 7. & 8. de dilatata
panitentia.
14. ALIUS SERMO. *Venit nos, quando ne-*
mo potest operari. Palud. Mors dicitur nos.
In morte hinc tempus inerendi serm. 6. de
lucro temporis serm. 9. de panitentia in
morte.
15. ALIUS SERMO. *Luminis lucum super oculi*
eius. Ambros. Tibi impositum lumen. Hoc
est considerationem tue imbecillitatis efficax
remedium est, ut anima lumen retineat. ser.
15. de miserijs brevis instabilis, & labilis
vita.
16. ALIUS SERMO. *Luminis lucum, ut per*
ipsum tanquam cristallum videat, omnia ter-
ram

Remissiones.

16. ALIUS SERMO : *In natatoria Siloe.* Mirabilis notitia hujus fontis apud S. Epiphanius, lib. de vit. Proph. c. 7. Qui solum fluere pro Judaeis. Advenientibus postmodum assyris gentilibus, cum Rex Sennacherib civitatem Jerusalem obsidebat, natatoria Siloe sicutum repertum fuit. At postea, sicut Iosephus lib. 7. de bello Iudaico c. 6. afferit, parum, antequam Imperator natus adventaret, cum illa adhuc secca erat, ad ejus aduentum ex improviso fluere caput. Quippe illa tam diu se effundebat aquam, quam diu sacerdotium, & fides Deo fidele erat, peccata vero retardarunt cursum divinarum gratiarum. O fides in Hispania ! cras in fonte, & adhuc, serm. 40. de periculo fidei.
17. ALIUS SERMO : *Linivit lutum.* Coren, ut indicet, quod non solum omnia lutum, sed etiam caduca sunt. Quia omne instabile, & ad occasum vergit. serm. 14. de fluminibus Babyloniae.
18. ALIUS SERMO : *Linivit lutum.* Chrys. Lutum adhuc magis obsecare facit, & hoc est excellenter summi Magistri, quod contra ijs medijs curet. serm. 21. de peculariis beneficiis. serm. 32. de occultis providentijs. serm. 37.
19. ALIUS SERMO : *Linivit lutum super oculos.* Anton. de Pad. Quando curat oculum, totius hominis signat curationem. Si oculi reipublica, Superiorum, &c sacerdotum sani & robusti sunt, omnia curant. serm. 34. consequentia sacerdotum & superiorum.
20. ALIUS SERMO : *Super oculos.* Coren. Considera. Christus applicavit medicinam, ubi morbus. Ad radicem mali attendendum est, si remedium exquiri quis velit. Si peccata cessant, etiam cessabunt penae. serm. 63, usque ad 77.
21. ALIUS SERMO : *Super oculos.* Coren. Liniri debuerunt non brachia, non pedes. Si oculi lanquent, medicina ijs adhibenda est. Quivis alium curare vult, oculos pedes &c. serm. 64. de Sabbar. 1. quadrag.
22. ALIUS SERMO. *Linivit lutum, sed vase, lava.* Anton de Pad. *Lutum imposuit DEUS,* dum fidem docuit. Fides non sufficit sine bonis operibus. Vide serm. 34. De Probatione ad gloriam. serm. 49. §. 2. serm. 70. §. 2. serm. 40. §. 1.
23. ALIUS SERMO : *Vade, lava.* Deus bene potuisse solus omnia facere, non vult autem, ut etiam homo aliiquid cooperetur. ser. 1. §. 8. serm. 48. de signis praedestinationis. serm. 54. de probationibus. serm. 71. §. 2. serm. 72. §. 2. serm. 23. §. 3.
24. ALIUS SERMO : *Lava in natatoria Siloe.* Anton. de Padua. Hoc est ad aquam paenitentia. Heq. Pint. in Ezech. 1. Sacramentum paenitentia, quomodo quis per hoc lavare se debeat ? serm. 55. de bona confessione, & ejus proprietatis.
25. ALIUS SERMO : *In natatoria Siloe.* Confessio respectu sigilli & reticentie vincit omnem pudorem. Ira. 8. Aquæ Siloe vadunt cum silentio. serm. 56. de integra confessione. Anton. Padua. Confessio in silentio abit.
26. ALIUS SERMO. *In natatoria Siloe.* Mirabilis notitia hujus fontis apud S. Epiphanius, lib. de vit. Proph. c. 7. Qui solum fluere pro Judaeis. Advenientibus postmodum assyris gentilibus, cum Rex Sennacherib civitatem Jerusalem obsidebat, natatoria Siloe sicutum repertum fuit. At postea, sicut Iosephus lib. 7. de bello Iudaico c. 6. afferit, parum, antequam Imperator natus adventaret, cum illa adhuc secca erat, ad ejus aduentum ex improviso fluere caput. Quippe illa tam diu se effundebat aquam, quam diu sacerdotium, & fides Deo fidele erat, peccata vero retardarunt cursum divinarum gratiarum. O fides in Hispania ! cras in fonte, & adhuc, serm. 40. de periculo fidei.
27. ALIUS SERMO : *Vadelava.* Peccator in aquis paenitentia, Ions enim divinitate misericordie etiamnum fluit ; dices vero, lavabis te postea : necio autem utrum adhuc aquam invenies, cum quæres illam. serm. 7. 8. 9. 68. §. 1.
28. ALIUS SERMO. *Abiit, & lavit, & venit videns.* Sine dilatione hoc factum, ut ostendat, paenitentiam non protrahendam esse. serm. 7. & 8. de Paenitentia protracta.
29. ALIUS SERMO : *Venit videns.* Terribilis res : Cæcus illuminatur, & Pharisei obsecranci ; accusabit in Judicio phariseos, & justi peccatores. serm. 45, obligatio qua exortatur ex vita Sanctotum. Vide etiam ser. 13.
30. ALIUS SERMO : *Alij dicebant, quia hic est, alij negabant, ita comparata esse debet conversio, ut dubitetur, ac conversus ille sit, qui antea fuit, & non amplius sit.* serm. 62. §. 4. §. 8. serm. 53. §. 1.
31. ALIUS SERMO : *Non est hic homo à Deo,* qui sabbatum non custodit. Videtur Zelus esse, est vero scælestæ invidia. O quanta in operibus examinanda ? serm. 25. de bonis operibus. Vide etiam serm. 26.
32. ALIUS SERMO : *Sabbatum non custodit.* Quid fecit ergo ? expulit in terram. Vide, cum tantum expueret, advertitur hoc in superioris persona ! cavete vos sacerdotes ! serm. 34. de consequentijs sacerdotum, & superiorum.
33. ALIUS SERMO : *Maledixerunt ei.* Vide, quomodo omnes contra eum, qui vim recipit, exsurgant & ipse vero stat fortior. O quot sunt, qui, cum vidente te, quod persequaris, de relinquunt virtutem ? serm. 36. serm. 37. §. 6. serm. 58. serm. 72. §. 4. Vide, Vincent. Ferr. Hic.

Remissiones ad Excitatorem Christianum. Post 50. Concionem,

1. Erat quidam lanquens Lazarus Joani. 11. Leve accidens, quando vero illi non occurrit, easlat mortem. serm. 43. consequentia in se ipsis.
2. ALIUS SERMO : *Lanquens, statim infibulata Quadrag. II. Theil.*
3. matur : & occlus : mortuus, postea ad sepulchrum. Si peccator ab initio sine mora rursum stat, in pericolosum statim relabitur. ser. 11. de malis consuetudinibus.
3. ALIUS SERMO : *Lanquens. Amicus Dei ?*

F. A. Chry-

Remissiones.

- Chrysost. non turbemus nos , nec adversas cogitationes soveamus cum videamus , justos miseras pati , quia Deus sublimes fines habet . Serm. 32. de occultis providentis . Vide serm. 21. §. 4. & 6.
4. ALIUS SERMO : Miserum sorores , quare non ipsi vadunt , sed mittunt alias ? Chrysost. Theophil. Mulieres erant , faciunt hoc ex modestia ne alijs occasionem ad lapsum dent . Solertia & obligatio eorum , qui frequentibus excusibus & vanis vestibus scandalum praebent , serm. 28. serm. 41. serm. 42.
5. ALIUS SERMO . Miserum . Quare ergo Maria Magdalena in domo Simonis ? negotium agebatur animz , quod omnem diligentiam , & quidem personalem requirit . serm. 2. de præcellentia animz . Vide serm. 24. De debito cura corporis .
6. ALIUS SERMO . Ecce quem amas , infirmatur . Quare non desiderant ejus sanitatem ? S. Ant. de Pad. quia homo potest vel male vel bene uti sanitate , ideo non absolu- tè petenda est . Serm. 21. §. 4. l. 32. §. serm. 78. §. 4.
7. ALIUS SERMO . Nonne duodecim sunt horae diei ? IESus dies est : Apostoli duodecim hora . Si in ejus lumine ambulas , reperies salutem ; secus omnes Sancti iudicium aggravabunt . Serm. 45. De vita Sanctorum .
8. ALIUS SERMO . Duodecim sunt horae diei . Adverte , numerantur dies & horæ , quibus te Deus expectat . Serm. 212. De numero dierum & horarum , sicuti etiam peccato- rum .
9. ALIUS SERMO . Duodecim sunt horæ dici ? Vincent. Ferrer. hoc est , duodecim si- dei articuli , huic fidei adjungenda verò & illius , de quo dicitur : Qui ambulat . Gislamus : operibus fidem approbando . Serm. 40. §. 1. serm. 49. §. 2. serm. 70. §. 2. serm. 54. De probationibus ad gloriam .
10. ALIUS SERMO . Duodecim sunt horae diei . Pœnitentia habet duodecim horas , di- cit sanctus Vincent. Ferrer. prima est cognitio peccatorum . 2. Contritus cordis . 3. pro- polistum emendationis . 4. Fuga occasionis . 5. Confessio . 6. Mortificatio corporis . 7. Fervens oratio . 8. Largitio Eleemosynæ . 9. Restitutio debitorum . 10. Remissio injuria- rum . 11. Relinutio famæ . 12. Sacra com- munio . Serm. 55. De qualitatibus bona confessionis . Vide Registrum . Restitutio . Inimi- ci . eleemosyna . communio .
11. ALIUS SERMO . Duodecim horæ diei . Hoc est media pars horarum de mente Mat- tio , nam in alijs measibus sunt pauciores vel plures dici horæ . Vigila mi Christiane , horæ enim vita tua abscondit tibi sunt . Serm. 16. De morte .
12. ALIUS SERMO . Lazarus amicus no- strer dormit . August. Si amicus moritur , quid patiendum erit inimico ? Serm. 13. Resolutio super timore DEI .
13. ALIUS SERMO : Lazarus amicus no- strer dormit . O quam bene conuenit amicus iste cum morte ? Cum isto , quens amas . In hac vita ? quomodo vero morietur ut amicus , qui vivit , ut inimicus ? serm. 9. De pœnitentia mortis .
14. ALIUS SERMO . Vado , ut à somno exci- tem eum . Ant. de Pad. quoties hoc verbum replicat Deus . Magna misericordia ! ser. 1. ser. 10. l. 52. de misericordia DEI .
15. ALIUS SERMO . Ut à somno excitem eum . Anton. de Pad. Sed miser peccator paululum dormit , & dormitabit . Si vita sua in mera protractione dilabitur . Serm. 6. 7. 8. De protracta pœnitentia .
16. ALIUS SERMO . Ut à somno excitem eum . O quam paucis evigilant peccatores ! vide introduct : & serm. 27. De statibus . Serm. 34. De consequentiis sacerdotum . Vide V. omisso . Et serm. 62. §. 8.
17. ALIUS SERMO . Lazarus mortuus est . Non amplius amicus denominatur , quia per peccatum mortale amicitia DEI & vita gratia perditur serm. 4. De malitia peccati . Serm. 5. De damnis peccati .
18. ALIUS SERMO . Lazarus mortuus est . Desunctus est , cum adhuc nobilis & Juvenis erat . O quanta cautela necessaria est ! Mors non venit per senectatem . Serm. 16. De morte . Vide serm. 15. §. 5.
19. ALIUS SERMO . Invenit eum quatuor dies in monumento jacentem . Non vocatus sepulchrum , sed monumentum . August. monens mentem . Quia hoc perorat , & vi- vos commone fecit . Serm. 17. De defunctis .
20. ALIUS SERMO . Quartus dies . Id ea peccatoris . Vincent. Ferr. peccavit cogita- tionibus , sermone , opere , & omissione . Omnes quatuor dies contra te erunt , si sur- gere non studes . Serm. 22. De obligatio- ne peccatoris .
21. ALIUS SERMO . Quartus dies . Palud. primus dies est perversus consensus in corde . 2. in ore . 3. in opere Quartus confuetudo peccati . Serm. 11. De mala confuetu- ne . Vide serm. 9. §. 3. & 4.
22. ALIUS SERMO . Infrenuit HEs Spiritu , & turbavit seipsum . Ant. de Pad. Ubi datur intelligi forma excundi de peccato , tutbat cum in confessione , tremit in contritione , plorat in satisfactione . Serm. 55. De confessione .
23. ALIUS SERMO . Infrennit . August. Diffi- cultatem quandam ostendit . Difficultas mag- na hæc est apud illum , qui se superari sinit à peccato . Serm. 11. De confuetudine . Serm. 9. §. 3. & 4.
24. ALIUS SERMO . Ubi posuisti eum ? O vires ! O. desideria ! ubi est spiritus vester ? Ant. de Pad. Ubi infelix te posuisti ? Serm. 5. De damnis peccati mortalis .
25. ALIUS SERMO . Ubi posuisti eum ? Ubi est proximus tuus propter Consilium ty- um , occasionem , scandalum . Serm. 28. de obligatione alienorum peccatorum . Vide serm. 36. & 37. 41. & 42. De Patribusfa- milias . Item serm. 35.
26. ALIUS SERMO . Ubi posuisti eum ? Quod

Remissiones.

- Quod ducitis sacerdotes, superiores populum vestris omissionibus, & malis exemplis. serm. 34. De consequentiis sacerdotum. Vide. serm. 28. §. 5. & 6.
27. ALIUS SERMO. Ubi posuisti eum. Examen conscientia. *Lachrymatus*. Contritio: Veni & vide. Clara confessio. Tollite lapidem. Firmum propositum. Sinite abire. Satisfactione. serm. 55. De proprietatibus confessionis.
28. ALIUS SERMO. *Lachrymatus est IESUS*. August. ut indicaret gravitatem morbi, & te propriam impietatem deplorare moveat. ser. 4. Degravitate peccati. Vid. serm. 5. & 38.
29. ALIUS SERMO. *Tollite lapidem*. August. Volebat dicere, ut etiam ipsi ex parte eorum aliquid conferrent, ad ejus suscitationem, quia & peccator cooperari debet. serm. 1. §. 8, serm. 48. §. 1. serm. 54. §. 1. serm. 71. §. 2. serm. 72. let. 73. §. 3.
30. ALIUS SERMO. *Tollite lapidem*. Pondus peccati. serm. 1. §. 6. Impedimentum gratiae, consuetudo, & mala desideria, serm. 43, consequentia in se ipsis.
31. ALIUS SERMO. *Tollite lapidem*. Vincent, Ferr. praegrandem, & gravem lapidem pudoris, ob quem pauca anima sepulchro peccati egrediuntur. serm. 56. *Desinceritate confessionis*.
32. ALIUS SERMO. *Tollite lapidem*. Hoc est, occasionem, serm. 60. §. 3. serm. 62. §. 4. Hugo Cardin. auffert excusationem oris. Ant. de Pad. miser peccator excusat se frequenter. serm. 58. *De inhonestâ occasione, & ejus excusationibus*.
33. ALIUS SERMO. *Tollite lapidem*. S. Ambros, ut inspicatur horror sepulchri, in quod omnia recidunt. Venite superbit. Venite Vindicativi! Tollite. serm. 17. *Cantella ex defunctis*.
34. ALIUS SERMO. *Tollite lapidem*. Ut lumen se intromittat & lazarus cernat, qui in sepulchro remanent, ex quo resurgit, O quanti infideles, tu vero Christiane. serm. 20. §. 6. & serm. 40. & quot defuncti? & tu vivis i. 86. §. 8. f. 8; §. 2. quot sunt in inferno, tu vero adhuc expectaris. serm. 82. §. 4.
- Vide serm. 52. *De misericordia Dei*.
35. ALIUS SERMO. Domine jam feret. Vincet. Fetr. omnes cladebant sibi natum, gravis odor scandali apud Nobiles. serm. 34. serm. 21. §. 2. De sacerdotibus & superioribus serm. 28. serm. 36. serm. 37. consequentia de *damnis spiritualibus*.
36. ALIUS SERMO. *Lazare veni foras*. Ant. de Pad. studet de peccato suscitare, quomodo! Veni foras exi per confessionem serm. 55. 56. & 57. de *confessione*.
37. ALIUS SERMO. *Lazare veni foras*. Ita erit in communis resurrectione mortuorum: surgite mortui: quid non revelet iste dies? amodo, ait S. Vincent Ferrer. ex Matth. 23. estis sepulchra dealbata. Serm. 31. §. 5. obserua fibent tui operis. Serm. 25. & 26.
38. ALIUS SERMO. *Prodiit statim*. Non multum Cunctatus; heu peccator! quam diu jam te vocat Deus: *Veniforas*, quid aliud egisti, quam morari, & dicere: cras, postea. Serm. 7. 8. 9.
39. ALIUS SERMO. *Prodiit ligatus*. Quare, quia exercitio, & pedibus privatus, quasi non in servitio Dei & lege gratitudinis. ser. 3. §. De legibus gratitudinis.
40. ALIUS SERMO. *Solvite eum*. Solvit igitur, inquit S. August, sed postquam sepulchro prodijt, ex consuetudine peccati serm. 34. §. 3. ser. 18. De occasione, serm. 60. §. 3. serm. 62. §. 1. & 4.
41. ALIUS SERMO. *Solvite eum & sinite abire*. Hug. Card. ut gressu (videamus etiam tua signa) ostenderetur, quod revera suscitus, Qui enim bene graditur, monstrat se suum, non qui cæpit, & relabitur in peccata. serm. 60. de *relapsu*.
42. ALIUS SERMO. *Sinite abire*. ut ex incestu &c. Videar, que signa suscitations gratiae habeas, & eternum vives in gloria serm. 48. *signa predestinationis*.
43. ALIUS SERMO. *Sinite abire*. Christianus ambulet quinque diebus ut assecuret recuperatum gratiae vitam serm. 62, de *quinque mediis perseverantia*.

Remissiones ad Excitatem Christianorum post 32. Concionem.

1. *Quis ex vobis argueret me de peccato?* Joan. 8. *Quis argueret me, vel segravari desuper me poterit*, dicit Dominus, quod propter me aliquid derelinquit, cum ego amore sui tantum feci. serm. 20. & 21. *De communibus & specialibus beneficiis*. S. Ant. de Pad. quis? certè nemo, quia affectus tui amore pleni, mens tua amenitate, manus tua liberitate opera tua sanctitate.
2. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis argueret me?* multi, qui de gubernatione mundi dubitant, experientur vero certa signa divinae providentie. serm. 32. *De multis providentiis*.
3. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis argueret me?* multi adducunt exempla aliorum, qui ob misericordiam Dei magna salvi facti sunt, sed fallent se. serm. 13. de *resolutionibus timoris Dei*. serm. 49.
4. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis argueret me?* multi conqueruntur, qui concupiscentias, tentationes & miseras nostra impedimenta reputant, peripscient vero clarè, quod sint ipse sint occulta beneficia. serm. 37. de *occultis beneficiis*.
5. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis argueret me?* hoc inquit Dominus, & dicere possunt sacerdos, & superior, repetier vero quod ip-

Remissiones.

- sum arguant, & accusent peccata, & ex suis omissionibus & negligentijs infecuta damna. serm. 34. *consequentiæ sacerdotum.*
6. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* illud ipsum potest pater familias ad hos dicere, videbit verò, quod ipsum omissa disciplina, & bonum exemplum arguent. serm. 35. *consequentiæ Patrum familias.* serm. 28. §. 7.
7. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* hoc etiam potest dicere peccator, sed tamen accusant eum diabolus, Angelus custos, & propria conscientia. serm. 19. *de particuliari judicio.*
8. ALIUS SERMO : *Quis ex vobis arguet me?* sciat peccator, quod tam à communib[us], quam specialibus beneficijs accusetur, quia Deus ipsi contulit. serm. 20. & 21. *de beneficiis.*
9. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* animadverte peccator. Dominus ipse, quem tu offendisti, accusabit te : arguam te serm. 22. *de obligationibus propter peccata cogitationum, verborum, & operum.*
10. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* Noscat homo, quod ipsum omnia & singula præcepta divinae legis accusabunt, quæ contemplit. serm. 23. *de obligationibus peccatis propter preceptum divinum.*
11. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* tuamet opera, & cunctæ creaturæ, quas Deus ad utilitatem tuam creavit, tu verò ijs abusus es, erunt tui accusatores serm. 3. *de fine hominis.* serm. 31. *de communi Judicio* §. 3. serm. 24. *Obligatio peccatoris de suis propriis operibus.*
12. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* Opera tua accusant te, quia tantum corporis, patrum animæ ergo impendisti : malitia tua accusat te. serm. 24. *de propriis operibus.*
13. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* omnes illi, qui propter Consilium tuum, datum occasionem & malum exemplum peccaverunt, erunt accusatores tui. serm. 28. *de alienis peccatis.* serm. 36. *consequentiæ variiorum peccatorum.*
14. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* omnes illi, vana & procax mulier, accusent te, qui tuo scandaloso vestitu in peccatum traxi sunt. serm. 41. *de scandaloso & vano vestitu & serm. 42. de diversisabus.*
15. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* Omnes illi O peccator, qui propter tua peccata detrimentum animæ sua passi sunt, serm. 37. *de consequentiis temporalium damnorum.*
16. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* omnes, qui propter te & scandalosam tuam vitam damnum corporale patiuntur, serm. 38. *de consequentiis temporalium damnorum.*
17. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* sanctissima vita Christi quam imitari noluisti. serm. 44. *Obligatio ex vita Christi Jesu.*
18. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* piissima vita Sanctorum te accusent in iudicio, quia nil simile gessisti. serm. 45. *Obligatio ex vita Sanctorum.*
19. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* Ipmeti damnati cum damno suo. Audi quid dicant: ergo erravimus? serm. 51. *decreta damnatorum.*
20. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis arguet me?* istæ conciones, & omnes qui ex ijs hauserunt fructum. serm. 51. *Obligatio de servientibus concionibus.*
21. ALIUS SERMO. *Quis ex vobis?* Vincent Ferr. ita potest dicere quilibet verè praenitens ad principes dæmonum, postquam persolvit confessionem. serm. 55. 56. & 57. *de confessione generali.*
22. ALIUS SERMO. *Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?* Ant. de Pad. Christiani solum non credunt Christo, credunt mundo, diabolo, & carni. serm. 49. *de ramis spebus inmundum diabolum & carnem.*
23. ALIUS SERMO. *Si veritatem dico vobis.* Vincent Ferrer. quinque veritates Christus prædicavit. 1. de rebus quæ credenda. 2. quæ oportenda. 3. quæ viranda. 4. quæ timenda. 5. quæ speranda: ha quinque veritates comprehendunt 61. Conclaves, de mediis perseverantia.
24. ALIUS SERMO. *Quare Mitatur, quod Judæi non credant, sed magis, quod Christiani, qui credunt, contrarium operentur,* serm. 40. serm. 49. §. 2. serm. 70. §. 2 serm. 54. *de probationibus ad gloriam.*
25. ALIUS SERMO. *Ad sacerdotes: Si veritatem dico vobis, doceant & prædictent:* multo magis verò: *quis ex vobis arguet me?* Exemplarent ducant vitam, & concionentur cum fervore & fructu. vide introduct. c. 5. Vide in Indice. v. *concionator.*
26. ALIUS SERMO. *Qui ex Deo est, verba Dei audiat.* S. Gregor. interrogat seipsum quilibet, an verbum Dei cordis aure audiat, & audiet, unde sit. Non solum hoc, sed alia signa videbit. serm. 48. *Signis prædestinationis.*
27. ALIUS SERMO. Tulerunt ergo lapides. Palud. *Adhinc lapides in Jesum jaciantur, qui in membra sua scandala mittunt.* Lapides sunt mala consilia serm. 28. *de vano vestitu.* serm. 41. vide etiam serm. 36. 37. & sequentes.
28. ALIUS SERMO. *Jesus autem abscondit se.* Vinc. Ferrer. quia noluit sic mori lapidatus. Quia strepitus & fragor lapidum impediabant audiendi lectionem, quod inimicis venienda sit. serm. 59. *de amore intimorum.*
29. ALIUS SERMO. *Et exivit de templo.* Lapides peccatorum abstulerunt Judæi fidem. Etiam nobis timendum, ne simile quid nobis contingat, & Deus subtrahat nobis fidem. serm. 40. *de fidei periculo.*

10. ALIUS

Remissiones.

30. ALIUS SERMO. *Ex iure de templo: quia pluia tristitia quando decessit gratia Christi.*

Iti IESU? serm. 4. & 5. de malitia & damnis peccati.

Remissiones ad Excitatem Christianum post 34 Concionem.

1. *Fa^{ce}a sunt Encenia in Jerusalem.* Joan. 10. renovatio templi (aliqua) per Judam Machabaeum. Ant. de Pad. renovatio sit per Judam, hoc est, per confessioem. In quinque litteris Judas, sunt quinque proprietates renovationis. serm. 1. de confessione.

2. ALIUS SERMO. *Encenia in Hierosolymis.* Si anima Jerusalem est, ut in gratia perseveret, quare renovatio necessaria? Théodor. Semper renovando te ipsum. Postquam peccatum remissum, & gratia recuperata, tamen laborandum & timendum est. serm. 43. de consequentiis ita se ipsis.

3. ALIUS SERMO. *Encenia.* ut renovatio recte sit, considerandum, quod in templo anima prosanatum fuit per peccatum. serm. 5. de dannis peccati.

4. ALIUS SERMO. *Et hymen erat.* Ant. de Pad. Status peccatoris 1. propter frigus, quod causat pigritia, serm. 8. n. 38. Secundo propter sterilitatem serm. 15. n. 17. 3rd quia in hymene non apparent iudicia existas, serm. 1. n. 31. vide serm. 5.

5. ALIUS SERMO. *Et hymen erat.* Thodor, quamdiu hymens, hoc est praesens vita, stude encenia celebrare, quo diutius differtur, et gravius accidit, serm. 50. n. 29. serm. 8. & 9. Difficilis a paenitentie in morte.

6. ALIUS SERMO. *Hymen erat.* Hugo Cardin. propter segnitiam hominis in hymene, non est calor inillis operibus, que concernunt animam, dum ea solum pro corpore operamus. serm. 24. Obligatio de ipsis operibus.

7. ALIUS SERMO. *Et ambulabat Iesus in templo.* Chrysost. templo Dei est congregatio electorum religiosè conversantium. Officium Dei est eligendi vocem. Si vero locum possides, & non es vocatus, time tibi serm. 19. de electione.

8. ALIUS SERMO. *Ambulabat in templo.* Cum in templo non inveniret proprium templo, egressus de templo ibat. Visitat Deus templo, & extra illud sacerdotes, & seculares. serm. 46. *Visitatio conscientiarum.*

9. ALIUS SERMO. *Ambulabat.* Corn. qui expectat aliud, solent interea ambulare. Dominus expectat peccatorem summa clementia, non abutere ista. serm. 16. de temerariorum spe. Vide serm. 52.

10. ALIUS SERMO. *Ambulabat.* Non sedebat anima propter frequentem relapsum non permitit Deum sedere. serm. 60. de relapse suo origine, & danno.

11. ALIUS SERMO. *Ambulabat.* Barrad. ut pellet frigus, per hoc doceat animam, quod ut calefiant, exercere se debeat, quod calorem intrinsecum excitat; ita subiungit sumus cali-

di, quamdiu concio durat, postea rufsum stirgi. serm. 62. §. 1. serm. 60.

12. ALIUS SERMO. *Ambulabat.* Albert. Mag. ut omnibus offerret munera salutis. vide lerm. 62. de medis conservandis gratiam.

13. ALIUS SERMO. *Ambulabat.* Docet, quod quilibet procedat in exercitiis, quia sui statu sunt. serm. 27. de diversis statibus vid. serm. 3. 4. de sacerdotibus & serm. 62. §. 3.

14. ALIUS SERMO. *Ambulabat in templo, in portico.* Erat porticus ille locus ambulatorius, ibidem docendi; qualis respectus & reverentia templo competit. Vide in regis templo.

15. ALIUS SERMO. *In portico.* In portico non in templo. Non est atrij hujus vita, quod in eo nostra Voluntas resideat; sed competit; ut sedeat in templo gloriae, ad quam creati sumus. serm. 2. de anima. serm. 3. de fine hominis.

16. ALIUS SERMO. *Ambulabat.* Non concessit populus Christo locum sedendi, propriea veritatis ipse, sicut ambulans tergum. Trimeamus & nos. serm. 40. de periculo fidei.

17. ALIUS SERMO. *Circumdederunt ergo illum:* Via impiorum. Psal. 11. in circuitu impiorum ambulant. Inuit in circuitu si non ad centrum, & ad præfixum nobis a Deo finem tendamus, serm. 3. de fine hominis.

18. ALIUS SERMO. *Si tu es Christus, dic nobis palam Chrysost.* non veritatem desiderabant, sed calumniam preparabant. Opera non sunt visionem externam, sed in se ipsis perpendenda. serm. 25. Examen operum serm. 26.

19. ALIUS SERMO. *Sicut es Christus, dic nobis.* Jam dixi vobis frequenter, & vobis & omnibus peccatoribus, si Deus in Iudicio dicet: ego sum. serm. 27. de obligatione propter peccata.

20. ALIUS SERMO. *Non creditis, quia non oitis ex oviis meis.* Si ergo ex oviis ejus sumus Salvator, quamvis male vivam. Hac est male consequentia. Bætius: Ego video facientem rotam, virus non est causa rotæ. Opera tua dicent, an ovis sis. serm. 18.

21. ALIUS SERMO. *Non oitis ex oviis meis.* Igitur & alia oves? Dantur etiam oves diaconi, de quibus scriptum: Neut oves in inferno positi sunt. Psal. 48. Quomodo vero tanquam oves? Palud. Ibi erit gressus superborum, gressus avorum, impotorum. serm. 50. de fasciculis.

22. ALIUS SERMO. *Oves mea vocem meam audiant.* Proprietates ovium, in his videtur signa prædestinationis. serm. 48.

ALIUS

Remissiones,

23. ALIUS SERMO : *Ovis mea vocem meam audiunt. Non sufficit, quod sis ovis ex grande catholico, si non etiam audias, & sequaris vocem Dei, & ejus praeceptum.* serm. 14. de probationibus ad gloriam.
24. ALIUS SERMO : *Et sequitur nunc me.* Coth. in his ovis Christi, necesse est eum sequaris vestigia Christi. Videamus, quot modo ea ingrediuntur. serm. 44. de vita Christi.
25. ALIUS SERMO : *Et sequuntur me.* Dices, quod Deus homo factus. Vide, quod illum sequantur, inquit S. Augustinus, ex sanctis utriusque sexus. Sequere ipsum, vel non habebis excusationem in Judicio. serm. 45. Obligatio propter vitam Sanctorum.
26. ALIUS SERMO : *Ego cognosco eas.* Quomodo pro suis agnoscet vanam mulierem, qua salvificat vultum suum, quem à Deo accepit? Expectat illam terribile Judicium.
27. ALIUS SERMO : *Suspirant ergo lapides.* S. Augustinus : lapidibus similes ad lapidem curvunt. Vx peccatori indurescunt propter consuetudinem. serm. 11. de malis consuetudinibus.
28. ALIUS SERMO : *Multa bona opera ostendi vobis, propter, quod eorum opus me lapidatis :* ita dixit ipse ad peccatores : quare offendis me, cùm te ab aeterno amaverim, & te creaverim? serm. 20. 21. 23. de beneficijs.
29. ALIUS SERMO : Proprius quod eorum opus me lapidatis? loquitur cum peccatore qui lapides in Christianum proscivit, cùm petram scandali ante proximum ponit. serm. 18. de alienis peccatis. Vide serm. 36. 37. & 72.

Remissiones ad Excitatorem Christianum. Post 36. Concioiem.

1. *Ecco Mulier, qua erat, in civitate peccatrix.* Luc. 7. Ecce, videatur miserabilis status, in quem à peccatis precipitata fuit. serm. 5. de damnis peccatorum.
2. ALIUS SERMO : *Peccatrix Chrysost. totius eruditatis fuerat ipsa peccatum.* O quam grave damnum patitur respublica propter peccata! serm. 38. de consequentiis temporalium dannorum.
3. ALIUS SERMO : *In civitate peccatrix.* Att. Pad. *Ubi multas traxerat in peccatum, partim vano suo vestitu serm. 41. partim suo exemplo & occasione.* serm. 28. de peccatis alienis.
4. ALIUS SERMO : *Ecce Mulier. Erat Peccatrix.* Verum quoque fortis mulier, quam Salomon desiderat, qua vicit diabolum, mundum & carnem. serm. 49. de vanis speciebus.
5. ALIUS SERMO : *Ut cognovit.* Quid cognovit? sicut ovis divini pastoris vocem suam agnoscit, ut eam sequatur infinita bonitate ejus attrecta. serm. 5. invitatio ad misericordiam.
6. ALIUS SERMO : *Ut cognovit?* Quid S. Greg. consideravit, quod fecit, & noluit moderari, quod sacerdot. Perpendit gravitatem peccati. serm. 4. de malitia peccati.
7. Alius Sermo. *Ut cognovit. Quid?* quod, si adhuc diutius in peccatis perseveraret, denique per consuetudinem omnino in impenitentiam ruere possit. serm. 11. De malis consuetudinibus.
8. Alius Sermo. *Ut cognovit. Quid?* Fiere posse, quod primo peccato sorte impleret mensuram, quam Deus illi praefigit. serm. 12. De numero peccatorum.
9. Alius Sermo. *Ut cognovit. Quid?* Brevitatem, inconstantiam, & caducitatem vite, cui non amplius fidit diutius perseverandi in peccato. serm. 13. De miserijs huius vite.
10. Alius Sermo. *Ut cognovit. Quid?* Certitudinem mortis, cùm neiciamus, quando, ubi, & quomodo mors apprehendat nos. serm. 16. De morte.
11. Alius sermo. *Ut cognovit.* Quantum difficultatem sit habitura in morte, si non in tempore penitentiam agat. serm. 18. De membra de quo pendet aeternitas.
12. Alius Sermo. *Ut cognovit.* Quid? Tribunal Iudicis, coram quo prævidebat se accusari à diabolo, Angulo custode, propria conscientia, & ipsorum Deo, quem offendit. serm. 19. De tribunali Iudicis particularis Iudicis.
13. Alius Sermo. *Ut cognovit.* Quid? Collata à Deo communia & specialia beneficia, quæ illum ad conversionem moverunt. serm. 20. & 21. De beneficijs.
14. Alius Sermo. *Ut cognovit.* Quid? Penas, quæ in inferno ipsam expectent, si à morte in male statu serm. 29. De penis inferni.
15. Alius

Remissiones.

15. Alius Sermo. *Ut cognovit.* Quid? Aeternitatem, quæ appropinquabat, igitur salutem suam assecurare voluit. serm. 30. *De aeternitate.*
16. Alius Sermo. *Ut cognovit,* insanam & inutilem solitudinem, quam dein haberet in inferno, & quidem in aeternum, si damnaretur. serm. 51. *Decreta damnatorum.*
17. Alius Sermo. *Ut cognovit.* Quid? Patienciam, qua Deus ipsam expectabat, qua amplius abuti nolle. serm. 10. *De temeraria spe.* & serm. 52,
18. Alius Sermo. *Quod Deus ambuit.* Chrysost. serm. 93. Non audebat tanquam peccatrix accedere stantem, nec sedentem Deum, si enim stat, puni, si feder, iudicat, itaque antequam Iudex sedebat. serm. 22. *De obligatione propter peccata.*
19. Alius Sermo. *Ut cognovit* Ilicet ac perpendit, motiva relevantia, resolvit se, dimittendi peccata. serm. 7, 8, 9. *De protracta punitentia.*
20. Alius Sermo. *Stans retro.* Plera pudore, tamen sine excusatione, quippe Deus loquebatur ad eum, ut relinquit periculum suum statum, serm. 58. *De inhonestâ occasione & ejus excusatione.*
21. Alius Sermo. *Secus pedes ejus.* Chrysost. serm. 93. *Ut Christi vestigijs innixa percurret viam vita.* Et ut prius Christi vestigia ingrediatur, antequam sibi ipsi rationem nimis severam saceret reddendam. serm. 44. *De obligatione ex vita Christi.*
22. Alius Sermo. *Secus pedes ejus.* Petrus Damiani, pedes isti sunt misericordia & iudicium. Timore & spe secutè procedit in via salutis.
23. Alius Sermo. Attulit alabastrum. Non vas fragile, non vitrum sed alabastrum, qui symbolum est fortitudinis in resolutionibus ne reincidentamus in peccatum. serm. 60, de re-lapsu præsertim in fine. §. 2.
24. Alius Sermo. *Alabastrum unquenti.* Truxel. Bonum exemplum nam diffundit exemplo suo bonum odorem, quæ prius fetorem dedit perversa sua vita. Vide in Registrō V. *Exemplum, & scandalum.*
25. Alius Sermo. *Hic si esset Propheta.* Nemo attendebat Conversionem Magdalena peccatarum, cum se ad Deum converteret, observatur, & iudicatur. Merito timeant, quod ea propter rationem reddituri sint. serm. 37, §. 6. serm. §. 8, serm. 72, §. 4.
26. Alius Sermo. *Vides hanū mulierem?* Quid voluit hæc interrogatio? Chrysost. Arguit oblatrancem. Jam modo sancta & conversa Magdalena accusabit illos, qui se non convertuunt. serm. 45, *De vita Sanctorum.*
27. Alius Sermo. *Remittuntur tibi peccata tua.* Quid postea fecit? Thom. de Villan. respondit: Postquam secura facta fuerat, adhuc non contemnit penitentem, se meminerat delinquisse. Quia adhuc aliquid supererat timendum; Consequentia in se ipsis,
28. Alius Sermo. *Remittuntur.* Attamen adhuc agit penitentiam, quare! aliena peccata, quibus causam præbuit, deflendi; serm. 28. *De peccatis alienis.*
29. Alius Sermo. Remittuntur. Et nihilominus paenitentia triginta annis? ita, propter damnationa temporalia & spiritualia, quæ apud alios ex peruersa ejus vita exorta fuerunt. serm. 32. & 38. *de damnis peccatorum.*

Remissiones ad Excitatorem Christianum. Post 38. Concionem.

1. Collegerunt Pontifices & Pharisei concilium. Joan. 11. Vinc. Ferrer. Doctores & Superiores populi. Vae toti reliqua reipublica, si sacerdotes & superiores non sunt ita constituti uti deberent? serm. 34. *de consequentijs fæderatum.* Vide serm. 28.
2. Alius Sermo. Collegerunt. Chrysost. juvenerat inuidia, quos disjunxerat disciplina, qui congregati in peccato, & in paenitentia erant; serm. 50. *De fasciculis damnandorum.*
3. Alius Sermo. Concilium Adversus JE-SUM. Palud. Fuit improvidè congregatum, & sine cautela. O peccator, his quid facis, quando peccas? serm. 4. *De malitia peccati.*
4. Alius Sermo. *Quid facimus?* Videtur zelus boni communis, moti verò sunt, ait. Palud. Invidia & ira. O Quot per se bona opera recipientur, quia facta malo sine, serm. 25. Examen operum. serm. 26.
5. Multa signa facit, & propter ea debet mori? O iniquus! mirari debuisset & signa deprædicare, congregant verò se ad mortetem, ser. 85, *Leges gratitudinis;* vide serm. 78. usque ad 84.
6. ALIUS SERMO. Multa signa. Ant. Pad. signa amoris. Vinc. Ferr. *signum creationis, adoptionis, & signum reconciliationis.* Sed quid facimus? si nos pro tantis beneficiis

G g non

Remissiones.

- non gratos exhibeamus & serm. 20. de communitibus beneficij.
7. ALIVS SERMO. *Multa signa.* Padua: signa amoris, quibus animas specialiter vocat. *Quid facimus?* dum nos loco gratitudinis pro tam specialibus beneficij conquerimur? vide serm. 32, & 33.
8. ALIVS SERMO. *Multa signa.* Facit tria signa, ut triumphet super peccata. serm. 69. Die Mercurij in quadrag.
9. ALIUS SERMO. *Multa signa.* Vincent. Ferr. in suis oviibus, hoc est, electis. Considera utrum signa electi à Christo oviuli habeas? serm. 48. De signis prædestinato rum.
10. ALIUS SERMO. *Multa signa.* Padua: signa rigoris, quibus nos dignatur revocare ad paenitentiam: nonne vides tot tribulations? quid facimus ergo? Vide serm. 63, usque ad serm. 77.
11. Alius Sermo: *Multa signa,* Padua: Erigentis fiducia, corripentis iusticie. Ut anima timorem inter & spem securè ambulet. ser. 10. de spe temeraria. Vide serm. 52.
12. Alius Sermo. *Multa signa.* Padua: communicantis sententie in improbos. Exemplum damnatorum est signum in utilitatem vivorum, si sapere velint eorum damno ser. 51. decretae damnatorum. Vide serm. 13.
13. Alius Sermo. *Quid facimus?* Paduan. cui libet nostrum hoc dicitur, quid agimus? tempus enim paenitentiam agendi super peccata nostra præterit. Vide serm. de lucro temporis ad paenitentiam. Vide serm. 7. 8. & 9.
14. Alius Sermo. *Quid facimus?* Post tot con ciones, & admonitiones divinae bonitatis quid facimus? cur non relinquimus statum peccatorum? O terrible ratiocinium serm. 61. obligatio ex tot anditis concionibus.
15. Alius Sermo. *Quid facimus.* Si prima peccata postrema sunt, quae Deus expectat. Quid facimus? quare non omnem conatum adhibemus, ne impleatur hic numerus. serm. 12. de numero peccatorum.
16. Alius Sermo. *Quid facimus!* hæc quæstio facile post applicati ad serm. 15. 16. 18. 19. 22. 27. 29. 30. 47. de numero eorum, qui salvantur, solum hanc quæstionem pónendo. Quid facimus! quia vita tam fragilis,
17. Alius Sermo. *Venient Romani.* Quid timent? Augusti temporalia perdere timuerunt, & vitam aeternam non cogitaverunt. In tempore non patiaris, aeternum vis pati! serm. 30. de aeternitate. Vide etiam serm. 29.
18. Alius Sermo. *Venient Romani,* Rupert. Diabolus gaudet de risu ludibriosa. Quare? Vincent. Ferr. Non timuerunt displicere Deo. Peccator timet penam, non peccatum, quare non etiam timet aeternam penam! serm. 29. de inferno.
19. Alius Sermo. *Venient Romani.* Non bene dicunt. Venient potius dicant, peccata attrahent, non enim aliam causam debemus querere, nostrum miseriarum serm. 76. de peccato. Vide serm. 63. usque 77.
20. Alius Sermo. *Venient Romani.* Timent temporalia damna, quæ sibi duntaxat imaginantur, non verò verum animæ damnum. Nam hoc clatè patet ex hoc, quod peccator amore corporis patitur, serm. 24. Obligatio ex ipsis operibus.
21. Alius Sermo. *Vincent & Tollent.* Posito quod veniant, quid secum rapient? quia omne terrenum nihil est, & propterea despici debet. serm. 14. De fluminibus Babyloniz. serm. 18. §. 2.



INDEX.